

1165

REGIS
1001 G. 1001 G. 1001 G.

1681 Nov. 15. Rom

Theologischer Doctorbrief für
Valentin de Roose aus Gent.

Pergament

Siegel abg.

15. Nov. 1681.

Rom.

Röm. theol. Doctor brief.

(Siegel nie


IN NOMINE DOMINI AMEN

GLOIOSA ASTVDIORVM MATER VRBS ROMA
 QVÆ inter omnes Mundi Ciuitates celeberrimā Scientiarum omnium Studiū decorata existit, atq. Singularib. Priuilegijs Pontificijs, & Imperialibus Sublimata, cuius etiam in toto Terrarum Orbe ueneranda famosissima, & antiquissima clarissimorum Doctorum undecumq. confluentium auctoritas sydereis ueluti Splendoribus illustrata obtinet principatum illos duntaxat ad publicam, & eminentem Cathedram, supremiq. Doctoratus Vrsusq. Censuræ Splendidissimam Dignitatem Sublimat, & excolle, quos longo exercitio studio, labore, & disciplina Spretis, relictisq. Mundi delicijs se se Doctrinæ penitus dantes ipsam penè Diuinam, Canonicam, Ciuilem, Scientiam adeptos, maximis laudibus accuratè reperit probatissimos, & quos certamen subtilis examinis digne ad id promouet per concurrentium Virtutum copiam, meritorumq. excellentiam, ita ut taliter promouendi apud Vniuersos Mundi Prælatos, Principes, & Rectores pro eorum assistentia, & ad gubernandum, & ad bene, beateq. regendum Ecclesias, & Respublicas, alijsq. Dignitates cæteris hominum generibus, & eiusd. Ordinis singularib. Priuilegijs prærogatiuis, laudibus, & honoribus, ac Dignitatum culmine (id quod omnium rerum præstantissima Virtus expostulat) ueniant meritissimè præferendi. Cum itaq. **EXC. D. VALENTINVS DE ROOSE GANDAVENSIS**, qui Scientia præclarus, moribus modestus, ingenio acutus, & omni Doctrina præditus, celeberrimis in studijs exercitatus, assidujs Vigilijs Iuribus Pontificio, & Cæsareo sollicitam operam iugiter nauauit; habita prius debita Informatione de illius Religione, & Fide Catholica, ac præcedente, eiusd. Fidei Catholicæ professione, ac Iuramento Super S. S. DEI Euangelijs palam, & publicè in manibus Collegij infrascriptorum Ill. DD. I. V. DD. Consistorialium Aduocatorum præstito iuxta formati litterarum fel. record. PII. PP. I. V. fuerit legiti. putatus per Ill. I. V. D. Consistorialem Aduocatū **D. MARCVM ANTONIVM BVRATTVM** eius Promotorem coram Perill. & Rm. D. ANTONIO PAULETIO Rotæ Auditore, ac Emi, & Rm. D. PAULITII tit. SS. XII. Aplos. Presb. Card. de Alterijs S. R. E. CAMERARII, Indytig. Romani Studij Vniuersitatis Cancellarij in Officio Cancellariatus huiusmodi Locumtenente meritissimè examinandus, & approbandus in Iure Canonico, & Ciuili, & ob hoc se subiecerit arduo, & riguroso examini priuato omnium infrascriptorum Ill. DD. Consistorialium Aduocatorum Videlicet D. D. Caroli Camerarij Decani, Caroli Menteliani, Nicolai Vrbani, Iulij Cæs. de Fagnani, Iacobi Gregori de Rubeis, Franc. de Barchin. Ioannis Baptæ Bonij, Iohani Spreti, Iohannis Francisci Fagnani, & Alex. de Cusani. In quo quidem examine dñs D. VALENTINVS puncta sibi assignata in Iure Canonico, & in Iure Ciuili, & Actus omnes, & de Ferys miro ordine recitauit continuando rubricas, textus diuidendo, notabilia colligendo, ampliando, limitando, pro & contra arguendo, argumentisq. eorumd. de Collegio Doctorum acutè, & subtiliter respondendo, adeo docte, eleganter, & bene se habuit qd. fuit ab omnibus dñi Collegij Aduocatis in Iure Canonico, & Ciuili idoneus, & sufficiens, habitus, tentus, & reputatus, & ob id ab eis in dñs Iuribus Canonico & Ciuili Vniuersim concorditer pari Voto, neminè penitus penitusq. discrepante, ac uina uoce, uiuisq. suffragijs (quod duntaxat doctissimis, & consummanssimis personis concedi solet) iure, & benemerito approbatus. Idcirco prius Perill. & Rm. Dñs Locumtenens consideratis Scientia, moribus, Virtute, & honestate, quibus eundem D. VALENTINVM Clarissimus illustrauit auctoritate pti Emi & Rm. D. Cardinalis Camerarij, & Cancellarij, & qua in hac parte fungitur eund. D. VALENTINVM benemeritum, dignum, sufficientem, & idoneum ad dñm I. V. Doctoratus gradum assumendum, & recipiendum fore, & edoc. promouendo, & declarauit, ac ipsum in Iure Canonico, & Ciuili Doctorem fecit, creauit, deputauit, ac solemniter ordinauit; ita ut in futurum omnibus Priuilegijs, exemptionibus, dignitatibus, fauoribus, gratijs, libertatibus, prærogatiuis, & præeminentijs, quibus alij I. V. DD. utuntur, potiuntur, & gaudent, ipse quoq. D. VALENTINVS, I. V. D. creatus utatur, potiatur, & gaudeat. Dñs inasper eundem liberam, & plenam facultatem legendi, docendi, glossandi, interpretandi, Magnam lem Cathedram ascendendi, omnesq. alios doctoreos actus publicè, & priuè exercendi. Hic sic peractis prius D. VALENTINVS, considerans, quod ad perfectionem cuiuslibet humani actus finis congruus appetendus est à pto Ill. D. Promotore Solita Doctoratus insignia sibi concedi, ac tradi humiliter postulauit; Vnde pti Ill. D. Promotor petitioni eius honestè annuens, ipsum in Cathedram Doctoream collocauit, eiq. libros Iuris Canonici, & Ciuilis clauos, mox & apertas in manibus præbuit, & digito annulari Annulum pro desponsatione, & Capiti Biretum pro Corona imposuit, ac ut intelligeret se inter I. V. DD. fuisse receptum ad Osculum Fratri à singulis receptus fuit ad laudem, & gloriam Omnipotentis DEI. In Quorum Fidem pñs Instru- mentum manu supradicti Perill. & Rm. D. Litis subscriptum, ac solito pti Emi & Rm. D. Cardinalis Camerarij, & Cancellarij Sigillo munitum in Priuilegijs forma, pñs Perill. & Rm. D. Locumtenens per me dñi Collegij Secretarium fieri Subscribi, & publicari mandauit. Actum Romæ in Gymnasio publico Regionis S. Eustachij Anno à Natiuitate Dñi M D C L X X X I. Indictione I V. Die uero Decima quinta Mensis Nouembris. Pontificatus autem S. D. N. D. INNOCENTII. Diuina Prouidentia PP. XI. Anno eius V I. Præsentibus D. Ioanne Philippo Dognate Bruxellensi, & M. Agadio Wouters Brugensi Testibus ad singula uocatis, atq. rogatis.

Antonius Paulinus: Not. & Sec. Locumten. Marcus Antonius Burattus Sacri Consistorij Not. & Sec. D. Valentini de Roose Prætor

Ego infrascriptus prædicti Celeberrimi Collegij Memorij et Excmorum DD. Sac. Conij. Aduocatus, Almes Vrbis Secretarius Specialiter Deputatus, quia de præmissis rogatus, ideo pñs Doctoratus

Privilegium subscripsi et publicavi, mox solito signo signavi hæc die 15. Mensis Nouembris 1681. In fidem omnium præmissorum rogatus, et requisitus



Haec est Ego Sebastianus Paulinus pti Collegij Secretarius



IN THE BOWLING ALLEY



EXC. D. 1888

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

THE BOWLING ALLEY

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA